



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

LXXXI. Markgraf Ludwig der Römer schenkt dem St. Spiritus-Hospitale in der Neustadt Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Dorfe Wust, am 17. Febr. 1358.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

**LXXIX.** Vertheilung der Opfer, die in der Marienkirche bei Brandenburg geschehen,  
vom 26. Sept. 1355.

Anno domini M. CCC. LV., vacante capella beate Marie in monte Brand. per obitum Gevehardi de Stechow — olim obiit eodem anno in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste — prepositus et capitulum congregati pro collatione ejusdem capelle XXII die mensis Septembris, fuit concorditer ordinatum, quod de cetero domini de capitulo debent colligere offertorium festi natiuitatis Marie. In priori vigilia ejusdem festi summo mane ascendere debent eundem montem et manere, quousque vespere in die natiuitatis Marie fuerint dicte. In vigilia beati Mathei de mane ascendunt et manebunt, donec vespere in die Mauritii fuerint dicte, in vigilia Michaelis de mane ascendunt et manebunt usque ad vespere diei Michaelis. Quicumque plebanus fuerit, faciet expensas omnium festorum predictorum. Omne offertorium, quod tunc diebus offertur, excepto illo, quod datur imagini beate Marie, solite locari ante porticum, et quod petit cum tabula ad fabricam sedens, sedens in capella antechorum, et quod petit una cum tabula transiens extra capellam, habebunt prepositus et capitulum. Cerum et linum oblatum in festo beate Marie dividet plebanus cum custode nostre ecclesie etc.

Nach dem ältern Copiarie.

**LXXX.** Markgraf Ludwig der Römer erlaubt dem Münzmeister zu Brandenburg sich wegen eines dem Markgrafen für 20 Mark Silbers verkauften Hengstes aus der Münze bezahlt zu machen, am 7. April 1356.

Wir Ludwig der Romer etc. daz der bescheiden man, wernher von Lucken, muntzmeyster zcu Brandenburg, vnser lieber getrwer vns hat gegeben einen guthen hengst vor zwenczick margk Brand. silbers, vnd dieselben zwenczick margk sol her inne behalten vnd vñemen von vnser manne renthen, die er nu nehst zcu sant Mertins taghe von der muntzen geben soll. Datum Berlin anno LVI, feria quarta post Letare.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives, betr. die Voigteien Berlin u. Nr. 62. — Gercken's Cod. VI, 523.

**LXXXI.** Markgraf Ludwig der Römer schenkt dem St. Spiritus-Hospitale in der Neustadt Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Dorfe Wust, am 17. Febr. 1358.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, sacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Rheni et Bavarie dux, nostro et illustris principis Ottonis marchionis Brandeb., fratris nostri carissimi, nomine ad honorem et reverentiam omnipotentis dei sueque genitricis gloriose virginis Marie, nec non in nostre, predecessorum et progenitorum nostrorum animarum remedium salutare, donavimus, damus solempnique donatione presentibus donamus domui sancti Spiritus in nova civitate

Brandenborch iusto proprietatis titulo proprietatem quinque fructorum, cum quinque solidis denariorum Brandenb. redditum annuorum, in villa Wulst situatorum, cum supremo et infimo iudicio ville ejusdem cum omni jure, fructu, commodo, honore, libertate et pertinentiis universis, quibus nos hucusque ea tenuimus et possedimus, in antea perpetuis temporibus habendum, tenendum, sine nostro, fratris nostri antedicti et quorumcunque nostrorum officiatorum, presentium et futurorum impedimento quiete et pacifice possidendum, renunciantes omni juri et actioni, quod vel que nobis, fratri nostro sepedicto vel nostris heredibus in sepedictis redditibus et iudiciis hactenus competebat seu competere possit quomodolibet in futurum. In cujus nostre donationis evidentiam clariorem presentes sigilli nostri munimine iussimus firmiter communiri, presentibus nobilibus viris Friderico de Lochen, domino in Boitzenborch, Ottone Went, domino in Yleborch, Themone de Colditz, strenuis quoque viris Laurentio de Griffenberg, Petro de Bredow, Johanne de Rochow, militibus, Gevehardo de Alvenfleben cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum Kyritz anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, feria sexta ante dominicam, qua cantatur: Invocavit me.

Nach dem Original.

**LXXXII.** Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Elendengilde zu Brandenburg gewisse Einkünfte aus der Havel-Fischerei, am 4. Juni 1360.

Nouerint Univerſi, tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludovicus Romanus, De gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie Dux, ad honorem omnipotentis Dei et Matris sue Marie Virginis gloriose, nostre quoque et Antecessorum nostrorum Marchionum Brandenburgensium et progenitorum felicitate recordationis animarum ob remedium salutare, nec non nostri ac heredum nostrorum in memoriam sempiternam donamus Congregationi fratrum exulum veteris Civitatis nostre Brandenborch deuotis nostris dilectis Redditus et Proventus infra scriptos, Videlicet duo Talenta cum dimidio, Brandenburgensium denariorum In Captura infra ambas Ciuitates Brandenburg iacente in obula, iuxta teatrum, parte a superiori, habendos, tollendos et tenendos in antea quoque perpetuis temporibus cum omnibus Juribus, honoribus et pertinentiis Univerſis pacifice percipiendos, quos redditus et proventus a discreto Viro Wenemaro predemitz, Cui Ciuitatis nostre Berlyn, pro parata sua pecunia compararunt. Renunciantes quoad dictam proprietatem nihilominus omni Juri, Actioni seu impetione, quod uel que nobis ac heredibus nostris in premissis competunt seu quomodolibet competere poterunt aequaliter in futurum. In cuius rei evidentiam firmiorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Reuerendo in Christo Patre Domino Henrico Lubucensis Ecclesie Episcopo, Strenuis quoque viris Wedegone de Wedel, Henrico de Schuleborch, Nicolao Bismarke, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Tangermunde Anno Domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo, ipso die Corporis Christi.

Gudling'sche Urkundenammlung III, 3. S. 13.